



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

275. An Regulares vigore privilegiorum possint dispensare vota extra confessionem? Et quid de absolutione censurarum? Et docetur, quod quando quis operatur cum opinione probabili, operatur tutò & ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

Ita etiam expressit Urbanus VIII. in Decreto de celebratione Missarum. Dat. Romæ die 21. Julij 1625. Quod frustra Sum. Pontifices fecissent, si alijs sub nomine vniuersæ Italiae venissent, cum expressio eorum, quæ tacite insunt, nihil operetur, l. 3. de leg. Sed post hæc scripta Sacra Cardinalium Congregatio sub die 18. Nouembrijs 1628. ex mandato Urbani VIII. derogat priuilegijs Regularium absoluenti à casibus reueruatis Episcoporum etiam si extarent extra Italiam, & sic contraria sententia non potest amplius sustineri.

RESOL. CCLXXIV.

An Regulares virtute suorum priuilegiorum possint commutare, vel dispensare vota extra confessionem?

Quod vero in dicto casu dictum est de Regularibus virtute priuilegiorum, dicendum est de Bulla Cruciatæ, & Iubilæo, quia per ea confessarij commutant vota. Et notatur non oportere, ut commutans votum virtute nostrorum priuilegiorum sit confessarius vniuersi; Et idè dicendum est, si vota dispenset. Ex p. 3. tr. 2. Ref. 9.

Sup. hoc in Ref. seq. & supra in Ref. 263. § vlt. & in to. 4. tr. 3. Ref. 69. § Et hæc. & ibi in tr. 4. Ref. 2. & in tom. 8. tr. 4. Ref. 78. §. quarto, ad liu. 6.

§. 1. **N**egatiuè respondet Peregrinus in scholis ad nostra priuilegia, tit. commutatio, §. 3. vbi sic asserit. Aduertendum est, quod cum nostri Confessores habent facultatem commutandi, & dispensandi in illis virtute priuilegiorum, non debent, nec possunt hoc facere nisi in Sacramento Pœnitentiæ. Similiter & illi, qui virtute alicuius Bullæ commutant, & dispensant. Ita ille, qui citat Cordubam, & Sorbum.

2. Sed quia non sunt à nobis restringenda, sed potius amplianda nostra priuilegia, ideo contrariam sententiam aduersus Peregrinum teneo, & ita tenent Taburinus de iure Abbatum, tom. 2. d. 19. q. 2. n. 5. Henriquez lib. 7. de indulg. c. 30. n. 6. Sancius in select. d. 14. n. 2. Layman in Theolog. mor. lib. 4. tr. 6. c. 10. n. 21. Sanchez in summ. tom. 1. lib. 4. c. 54. n. 16. & Villalobos in summ. tom. 2. tr. 34. diff. 29. n. 7. vbi sic asserit. Se aduertita que pueden usar los Confesores de las Religiones de estos Priuilegios de comutar, y dispensar los votos fuera de la Confession, segun la mas probable opinion y verdadera, que aunque en la concession de Paulo III. que queda referida se dize (confessionibus diligenter auditis) no se ha de referir esta clausula à la comutacion de los votos; sino à la absolucion de los pecados, aunque algunos tienen lo contrario, y assi se pueden comutar fuera de la confession: la razon es, porque aunque la clausula, que se pone en una disposicion al principio, medio, ò fin de ella, se entienda que se refiera à todo lo contenido en la clausula, conforme al texto in cap. 2. requisitis de appellat. mas ha se de entender esso quando corre la misma razon en todo ello, como dizen Menochio, y Decio con otros, lo qual no acontece aqui, que corre muy diferente razon en la absolucion de los pecados, y la comutacion de los votos, que la absolucion de los pecados, forzosamente pide confession sacramental, y la comutacion de los votos no la ha de menester, y assi no es visto, que quiso limitar el Pontifice esta facultad. Sic Villabos, & alij.

Sup. hoc in tom. 8. tr. 4. Ref. 78. §. quarto, ad lin. 9.

3. Est igitur supradicta opinio probabilissima, & tuta in praxi. Notandum est tamen hic obiter cum Sanchez vbi supra in summ. tom. 1. lib. 4. c. 54. n. 17. & Henriquez penes ipsum, non oportere, ut commutans vota virtute nostrorum priuilegiorum sit Confessarius vniuersi; quia priuilegia solum petunt Confessarium ex approbato ab Ordinario. Et idem contra Rodriguez in addit. ad Bull. Cruc. §. 9. n. 120. dicendum esse putat Villalobos loco citato, n. 6. Si Regulares non commutent, sed dispensent vota, sic enim ibi. Mas probable me parece, que esta facultad se entienda à

dispensar los votos de los que vienen de otras partes de suerte que pueden dispensar los votos de todos aquellos, cuyas Confesiones pueden oyr. Quod verb dictum est de Regularibus virtute priuilegiorum, dicendum est etiam de Bulla Cruciatæ, & Iubilæo. Nam Confessarij, qui per Bullam, vel Iubilæum commutant vota, possunt id efficere extra Sacramentum Confessionis, vt ego alibi satis firmaui & docui.

RESOL. CCLXXV.

An Regulares possint commutare, vel dispensare vota extra confessionem?

Et quid de absolucione censurarum?

Et docetur, quod quando quis operatur cum opinione probabilis, operatur iuste, & incedit per viam iustam, & suas facit suas operationes. Ex p. 4. tr. 4. & Miss. R. 3.

§. 1. **A**ffirmatiuè contra Peregrinum respondit in 3. parti. tr. 2. resol. 9. idè ipsè nouissimè contrariam sententiam docet in addit. 9. 12. quam iterum refello, nam priuilegia fauorabilia sunt, & late interpretanda, quia licet sint priuilegia iuri communi derogantia, vnde etiam odia iuris dicuntur, & odia sint restringenda; tamen hoc non habet locum quando priuilegium in fauorem publicum concessum est, tunc enim non odium, sed fauor Principisque beneficium censetur, & ideo late interpretandum est, quantum eius verba patiuntur. Ita glossa & Panormitanus cap. fin. num. 2. de simon. quod multo magis procedit, quando huiusmodi facultas non particulari alicui, sed integro Ordini largita est, vt in presenti, quo casu etiam fauorabilis censetur, & extendenda; & hæc omnia docet in terminis casus nostri Tamburinus de iure Abbat. tom. 2. diff. 19. questio. 2. numero 2. qui citat Lessium & Sanchez, & hæc nouissimè docet etiam hanc sententiam Aloysius Barola in aporism. lit. V. vbi, votum ex quibus apparet quàm rectè dixerim contra Peregrinum; hæc priuilegia esse amplianda; quod verò non ampliatur absque ratione, vt ipse docet, patet per ea, quæ adducunt Doctores à me citati, quibus nunc addo Suarez de Religion. tom. 2. lib. 6. cap. 16. num. 4. Henriquez lib. 7. de Indulg. cap. 30. numer. 6. Sotum de iust. lib. 7. quest. 4. art. 3. non obstante quòd in dictis priuilegijs ponatur ablativus ille absolutus, confessionibus auditis, quia cum aded dissent inter se, absolucione à peccatis, ac vota commutare, neque hoc confessione indigeat, non censendus est Pontifex velle totum priuilegium limitare per illum ablativum absolutum, sed singula singulis sunt referenda, & ita ille refertur ad absolucionem à peccatis, quæ immediatè sequitur, quippe ea est regula vt clausula posita in vna parte dispositionis, siue ponatur in principio, siue in medio, siue in fine, censetur referri ad omnia in ea clausula, vt cap. secundo requisitis de appell. At intelligitur, quando omnium eadem est ratio, quod in casu nostro non contingit, ergo, &c. Non est igitur hoc priuilegium extensum sine ratione, vt asserit Peregrinus, & per consequens neque contra mentem Summi Pontificis, quæ omnia confirmantur, quia antequam in litteris sacræ Pœnitentiariæ poneretur illa clausula, audita confessione, nec aliter, nec alio modo, satis probabiliter, vt obseruat Filliucius tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 10. num. 353. asserbant aliqui dispensationes emanatas ex dicta S. Pœnitentiaria potuisse fieri extra confessionem, & ita docebat Salas de legibus dist. 20. sect. 10. num. 98. Sanchez de matrimonio. lib. 2. disp. 34. n. 29. & Caltrus Palaus tom. 1. tract. 10. disp. 4. punct. 15. §. 1. num. 6. & alij.

4. Relicta

2. Restat modò respondere ad cætera argumenta que adducit Peregrinus; & ad illud fundatum supra dictam clausulam appositam nominatim à sacra Pœnitentiaria, addita confessione, & non aliter, &c. respondeo quòd dicta littera sacra Pœnitentiariæ emanant in fauorem particularium personarum, & ideo non est mirum si Summus Pontifex velit tales gratias concedere cum illo onere & conditione; sicut autem dicendum est in casu nostro; nam priuilegium conceditur integro Ordini Religiosorum, quo casu magis favorabile censetur, & ideo latè interpretandum est, vt late probat Tamburinus loco citato; vnde non sequitur id, quod intendit Peregrinus. Ex quibus etiam patet responsio ad secundum argumentum. Ad tertium verò vbi asserit quòd persona prudentis est semper cum potest incedere per viam tutam, sic etiam est facere suas actiones tutas dum potest, & non exponere illas sub opinione Doctorum. Respondeo quòd quando quis operatur cum opinione probabili, operatur tutè, & incedit per viam tutam, & tutas facit suas operationes, & reuera ita est, vt asserunt omnes Doctores. Vnde re- cte Io. Sancius in selectis disp. 44. numer. 66. obseruat, quòd dum communitur inquit Doctores inter opiniones probabiles dari vnam securiorem, & tutiorem altera, non ita est intelligendum, quòd maius periculum incidendi in culpam inueniunt possit, vnam opinionem sectando, quam aliam, nam cum quilibet opinio probabilis tutam reddat conscientiam in operando, non minus tutus erit operans iuxta vnam, quam iuxta aliam opinionem. Ita ille, & hæc dicta sufficiant circa opiniones, & defensiones Peregrini.

RESOL. CCLXXVI.

An Regulares possint commutare, vel dispensare votum peregrinationis ultra duas dietas: Ex p. 3. tr. 2. R. 1. 2. r.

§. 1. Peregrinus in compend. nostrorum priuilegiorum, part. 1. titul. absolutio, §. 12. negatiuam sententiam docet, & duas dietas Sanchez de matr. tom. 3. lib. 8. disp. 1. 6. n. 1. Bartholomæus à S. Fausto in thes. Relig. q. 173. n. 1. & alij asserunt esse viginti leucas. Sed noster Molfesius in summa, tom. 1. tract. 1. 1. c. 1. §. n. 134. docet, quòd votum peregrinationis vltra duas dietas intelligitur de peregrinatione, quæ duobus diebus compleri nequit, & ad summum est sexaginta miliariorum, & ita se habet communis praxi. Ita Molfesius, quod est valde notandum.

2. Verum non desinat hic adnotare, quod noster P. Alfonso de Leone in tractat. de offi. io, & potest. Confessor. tom. 2. recollect. 10. numero 173. tenet, Regulares posse dispensare, & commutare vota peregrinationis vltra duas dietas, & hoc per expressum priuilegium, quod habetur in compend. priuileg. Congregationis sanctæ Mariæ Eulsiensis, ver. dispensatio.

RESOL. CCLXXVII.

An Regulares vigore priuilegiorum possint dispensare ratione alicuius urgentis necessitatis in voto castitatis absolute, in quo casu potest Episcopus dispensare? Ex p. 6. tr. 6. & Misc. 1. Ref. 50.

§. 1. Vriusum est dubium: pro quo suppono certum esse vota referuata, siue sint vota castitatis, siue Religionis, non ita amare ac rigide accipientia esse, vt nunquam liceat Episcopis in illis dispensa-

re; licet enim illis in his votis castitatis perpetua, ac religionis (& idem de cæteris referuatis) dispensare etiam cum solutis, & non conuictis, vt incant matrimonium, quando magnum periculum incontinentiæ imminet; & non est facilis aditus ad Summum Pontificem præ paupertate, aut alia causa; quia non est credendum esse mentem Summi Pontificis velle in tali casu referuare sibi hæc vota: neque est verisimile velle eum, vt animæ laqueis voluntariis irretitæ in eo periculo sine remedio relinquatur. Et ita docent expresse Sanchez lib. 8. de Matr. disp. 9. n. 22. Syluester verb. votum 4. quest. 4. Nauarrus in summa Latin. c. 12. num. 76. Palatinus in 4. dist. 38. disp. 2. col. 9. vers. & quidem Episcopus Henriquez lib. 6. de penitentia, cap. 14. n. 7. in commento lit. P, & lib. 7. de Indulgentiis, cap. 90. num. 6 in commento lit. B, Sà in summa verb. votum, vbi de voti irratione, num. 1. Valentia 2. 2. disp. 22. quest. 6. punct. 7. col. 10. vers. ex quo sequitur. Aragonius 2. 1. quest. 88. articulo 12 & alij communiter.

2. Nec solum quando imminet periculum solius incontinentiæ ex mora, & Summus Pontifex non potest commodè adiri, potest Episcopus in voto castitatis, aut religionis dispensare; sed etiam si aliud quodecumque graue periculum imminet, vt grauis scandali, vel magni detrimenti tertiæ persona; qua ratione asserit Sanchez lib. 8. de Matr. d. 9. n. 22. post medium, se hæc de re consultum censuisse, potuisse Episcopum dispensare cum iuvene, qui voto Religionis adstrictus virginem deflorauerat, ac grauidam effecerat volebatque eius famæ consulere eam dicens, eratque periculum in mora, quia si dispensatio Pontificia expectaretur, impediretur matrimonium à consanguineis iuuenis, qui illi repugnabant, ac mutaretur iuuenis voluntas quæ non tam firma erat, quin facile mutari posset, ac de facto dispensasse Episcopum: & ita docet idem Sanchez à legatus, & fauent Syluester verb. votum 4. q. 4. & Henriquez lib. 6. de penitentia, c. 14. n. 7. in commento lit. P, & lib. 6. de Indulgentiis, c. 90. n. 6. in commento lit. B. qui non limitantur periculum ad incontinentiam, sed generaliter dixerunt posse Episcopum dispensare, quando nequit adiri Papa, nisi periculum interueniat in mora; & idem sentiunt omnes Doctores, qui generaliter hæc de re loquentes, affirmant ob incontinentiæ periculum, vel aliam grauem causam occurrentem posse Episcopum dispensare, si Summus Pontifex facile adiri non potest. Ita Doctores loc. cit.

3. Hoc supposito ad dubium propositum affirmatiuè respondet Croulers in Regulam S. Francisci, cap. 7. lect. 29. fol. 785. vbi sic ait. Dubitare tamen hoc loco aliquis potest, quòd cum Mendicantes dispensare possint in omnibus votis, in quibus possunt Episcopi: verum sicut Episcopi dispensant in voto absoluto castitatis, & Religionis, quando vouens taliter est constitutus, vt propter incontinentiam votum eiusmodi sit ipsi maxime periculosum, nec est facilis votum habenti accessus ad Pontificem, vel propter paupertatem, vel propter distantiam, & interim vrget, vt dictum est, periculum incontinentiæ: vtrum, inquam; in tali casu non possint Mendicantes dispensare, vel commutare per priuilegia sua? Negat Sanch. 1. 4. oper. Moral. c. 43. n. 7. Ratio eius est, quia in tali casu votum eiusmodi est verè referuatum, ac dispensatio verè cadit in materiam referuata; & ideo casus illi non censentur Episcopales, nec Episcoporum iuri ordinario subiecti; sed per accidens potest Episcopus in illis dispensare, ex quadam benigna voluntatis referuatis interpretatione. Verum ego non video, quomodo per accidens tantum hoc possit Episcopus: quandoquidem ipsemet Sanchez c. 40. n. 25. doceat, quòd seclusa referuatione, sit integrum Episcopis dispensare in suis Diocesibus in omnibus votis, sicut Pontifici in toto orbe: quod cum

batur, paulo post initium, 2. ref. Secundo votum, & in to 4. tr. 3. Ref. 19 ex eius doctrina diuersis illius §§ signat in §. Sed eius a lin. 5. & in tom 8. tr. 4. Ref. 38 §. vic. cursum in aliis §§. eam notationum.

Sup. hoc supra in R. 267. à §. sed ego, & §. vit. & in tom 3. tr. 3. R. 4. §. vnde; & seqq. & in Ref. 3. not. 1. huius Ref. §. Obseruandū, & seq. & in Ref. 4. in eodem §. in fl. 10.